

Franckesche Stiftungen zu Halle

Memoria Theologorum Wirtembergensium Resuscitata, h.e. Biographia Præcipuorum Virorum, qui à tempore Reformationis usque ad hanc nostram ætatem ...

Accessit Elenchus Scriptorum tum editorum, tum in Manuscriptis latentium cum
Supplementis atque Indicibus necessariis

Fischlin, Ludwig Melchior

Ulmæ, Anno M.DCC.X.

VD18 90845382

[Matthæus Vogelius]

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:hbz:5:1-216309

Johanni Enslino, J. U. D. & Senatus Ecclesiastici Directori conjugatam. Concordis Doctrinæ Typo subscripsit, anno 1577. ubi ejus Nomen inter præcipuos Wirtembergiæ Theologos comparet. Aureolam in Cælo tulit in extremâ senectute vitæ mortalis expers redditus, An. 1588. Elogia illius nobis conservavit Frischlinus hisce metris. Eleg. IV.

*Degius hic Abbas senio confectus 5 annis,
Vivit 5 Abbatis munia digna subit.
Cui nihil in Vita prius est, quam fidere Christo,
Salvificamque piâ mente tenere fidem,
Quam prius in tenebris versans 5 nocte Papatus
Nesciit: at solidâ nunc pietate sovet.
Luceque perpetua cœlestia Sacra tuetur,
Ac sibi commissæ munera sortis agit.
Cujus 5 officium NOSTRAS ECCLESIA sentit
Et merita grates, pro pietate canit.
Cætera quid referam, vivit sine labe beatus
Et nihil in sacro pectore fraudis habet.*

N. 1519.
Cl. 1558.
Ob. 1591. MATTHÆUS VOGELIUS, Græco nomine aliâs Orneus dictus, Abbas Alpirtpacensis & Serenissimi Wirtembergiæ Ducis Consiliarius, vitam inchoavit Noribergæ d. 7. Septembr. An. 1519. Patre Leonhardo, paupere quidem sed tamen pio Cum in Patriæ Scholâ Sebaldina fundamenta studiorum jecisset, à parentibus anno 1534. Tubingam primum, deinde & Witebergam, ut Lutherum & Melancthonem audiret, missus est. Inde verò à Senatu Noribergensi ob Patris egestatem ad functionem Scholasticam ibidem obeundam revocatus, sed propter

propter singularem Ingenii præstantiam à Vito Theodorico, Ecclesiæ Sebalдинæ Pastore, Andreæ Imhofio, Seniori adeò commendatus est, ut per quinquennium ad continuanda studia Theologica subsidia illi subministrârit. Quo pacto ad Scholam Wirtembergensem reversus, An. 1541. primam & 1547. secundam lauream in testimonium eruditionis reportavit. Hinc porro variis speciminibus ipsi Luthero, Melanchthoni & Pomerano in examine publico in tantum se comprobavit, ut præclaro illum ornarent encomio, dignumque functione Ecclesiasticâ judicarent. Vacante igitur tùm temporis Parochiâ in oppido Lauffen, prope Noribergam, à Senatu Norico evocatus, triennio ibi præconium Evangelii fecit. Ab hac statione an. 1548. Noribergam ad D. Jacobi Ecclesiam promotus non solum concionando, sed & confitendo, Dei Ministrum fidelem se declaravit. Formulam quippe Interimisticam detrectans amplecti, patria pulsus an. 1549. Conjugem & Parentes per mortem amisit. Itaque in Borussiam secedens Welaviæ oppido Pastoris officio per quadriennium defunctus, alteram uxorem duxit, Inde Regiomontium in Academiam & Ecclesiam allectus per 12. annos fideliter docuit, utilemque & Scholæ & Ecclesiæ operam præstitit. Tandem è Borussia propter dissidia Osiandrica, & perturbatum Ecclesiarum ejus regionis statum, cum uxore & octo liberis secedere coactus, à Christophoro Duce, Nutritio Ecclesiarum & Scholarum summo, hospitio exceptus fuit, qui cum non statim commoda functione illi prospici posset, Kirchেমii eum per dimidium annum pro alimonia subsidium hebdomada-

E

tim

tim subministravit. Postea Hornbergam ad Pasto-
 ratum Vicinarumque Inspectionem, quinquaginta
 florenorum augmento ad pristinum salarium, pro-
 movit. Ibi quadriennio ferè exacto Göppingam
 translatus, & paucis annis post Superintendens Vici-
 narum designatus est; Tandem ætate ad senium de-
 clinante Ludovicus Princeps jam sexagenarium gra-
 vioribus negotiis sublevavit, atque Abbatiae Alpir-
 spacenſis Cœnobii, quod Scholares tum alebat, præ-
 fecit. Ubi per undecim annos Ecclesiam & Scho-
 lam plantavit & Thesaurum suum ad umbilicum
 perduxit. Cum enim in patriâ Noribergâ etiam-
 num versaretur, Vitus Theodoricus Patronus ejus
 autor illi fuerat, ut omne tempus à laboribus sacris
 vacuum domi legendis Bibliis impenderet, & ex sin-
 gulis capitibus dicta insigniora enotans locos Theo-
 logicos adornaret. Quod dum faceret ille, subna-
 tus est illi Thesaurus ille, in quo quadraginta am-
 plius annis laboravit. (a) Cujus editioni sollicitè ob-
 stetricatus est Lucas Osiander. (b) Conjuges habuit
 successivè tres, quarum secunda Gnadſeelia, (Gnadſe-
 eel/) quæ Welaviæ in Ecclesiâ Evangelicâ sacri ba-
 ptismatis fonte prima fuit abluta, (c) tredecim, libe-
 rorum benedictione illum beavit, interque istos Filio
 cognomine, qui post aliquot functiones honorificas
 Præpositus Heerbrechtingenſis factus, vastos Patris
 Tomos in Epitomen Latine versam redegit. Sunt
 autem Septem illi Tomi, B. Tobia Wagnero, (d)
 Canc.

(a) Melch, Adami. *Vit. Theol.* edit. nob. p. 313. 314.

(b) Fecht, *Epist. Theol.* P. IV. p. 457.

(c) *Vid. Henr. Efferhen, in Conc. Fun. Vogelii, Junioris.*

(d) *Memor. Pregiz, p. m, 15.*

Canc. Tub. Judice, Opus verè aureum, quod The-
sauri Titulo insigniverat Author, unde ab ipso cele-
berrimus Ecclesiæ Thesaurarius vocatur. Primus
Operis Tomus Francofurti primùm sub Titulo:
Medicina Animæ: Seelen - Arzney. An. 1572.
prodiit. (e) Inter ceteros eminet ultimus, Historiam
Christi & Apostolorum complectens. Pientissimus
Dux Wirtembergiæ Ludovicus libros istos summâ
Animi voluptate sapius evolvisse, & apud alios, quan-
tum potuerit, commendasse scribitur. (c) Cæterum
Vogelius non tantum in Exilio & per mortem suo-
rum multa perpeßus, verum etiam tristissima Pestis
tempora aliquoties expertus est; usque dum ex hac
lacrymarum Valle beatus emigraret; quod factum
d. 3. Decembr. An. 1591. ætatis 73. Ministerii 45.
Vitam ejus descripsit filius. Præfat, citat. quam recu-
di fecit Melchior Adami, & in Compendium rede-
git Freherus. p. 285. conf. A. Brunnii Syn. p. 107.

Scripta.

Dialogus von der Rechtfertigung des Glaub-
bens samt einem Bedencken/von dem Zwi-
spalt über solchen Articul/ und Antwort auf
D. Johann Mörlins Send-Brieff und Apo-
logiam. An. 1557. in 4.

Zwey Predigten von der Fußwaschung Chri-
sti. Königsberg. 1558. in 4.

E 2

Trost

(e) Fecht. loc. cit.

(c) Præfat. Thesaur. Theol. Latin.